



RESPUBLICA
et
STATVS
IMPERII
ROMANO-
GERMANICI.

LUGDUNI-BATAV.
Ex officina Elzeviriæ A. 1634.
Cum Privilegio.



Serenissimo Principi
CAROLO LUDOVICO
Comiti Palatino ad Rhenum,
S. Romani Imperii Principi
Electori, Duci Bavariae.

ACIE ND V M non pu-
tavimus , Serenissime
Princeps , ut inter tot
aliarum gentium respu-
blicas, sola imperii Romano-Ger-
manici diutius restaret; cum præ-
fertim videremus, in hoc Princi-
pum & bellorum æstu, quibus uni-
versa pene Europa in partes ivit,
omnia eò collimare . Florentissi-
mum enim pridem imperium, &
quod omnium felicitatem provo-
cabat, miserrimè jam divexatur.
Quæ initia ejus, qui progressus,
* 2 fínes,



I.

DESCRIPTIO
GERMANIAE
GENERALIS.

Desita & limitibus Germania.



Ita est Germania in Europa, cuius etiam regio maxima & amplissima habetur, secundū Aventinum.

Ab cæteris regnis Europæ

Germania olim sic discreta fuit: ad occidentem Rheno: ad meridiem Alpibus: ad orientem Vistula in Polonia: ad septentrionem mari Baltico. Sic vetus Germania Danubio, Rheno, Oceano, Vistula & Carpatiis montibus conclusa finitaque fuit. Verum hī termini postea dilatati sunt, & hodie extenduntur multò latius in hunc modum: Ad occidentem attingit Mosam in Belgio & aliquanto longius protenditur: ad meridiem Alpes: ad orientem Ungariam & Poloniam: ad septentrionem Oceanum Germanicum. Estq;

A

cir-